

cur. Nonii Philippi leg. Aug. pro pr. [*prov. Brit.*], | Attico et Praetextato | cos.³

In Anglia loco dicto Old Carlisle rep., nunc Cantabrigiae (VII 344 vidit Huebner). — 1) *Requiritur coniugis et postea totiusque domus.* — 2) *Scr. Gordiana.* — 3) *A. 242.*

503 Furiae Sabiniae | Tranquillinae | sanctissimae | Augustae, | coniugi domini n. | M. Antoni Gordiani | Pii Felicis invicti | Augusti, | decuriales | aedilium pleb. et | pleb. cerialium¹, | devoti numini | maiestatique eorum.

Romae rep., nunc Aquilae (VI 4095 cf. p. 844). — 1) *Aedilibus plebis et aedilibus plebis Cerialibus suos fuisse decuriales ex hoc titulo intellegitur, cf. Mo. Staatsr. I³ p. 545.*

504 Furiae Sabiniae | Tranquillinae | sanctissimae Aug., | coniugi domini n. | imp. Caes. M. Antoni | Gordiani Pii | Felicis invicti Aug. | decuriales geruli¹ et h. u.², | devoti numini maiestatiq. eor.

Romae rep. ad S. Clementis (VI 4096). — 1) *Cf. Mo. Staatsr. I³ p. 566.* — 2) *Honore usi.*

505 Victoriae reducis dd. nn. | [*imp. Caes. M. Iulii Philippi*]¹ | Pii Felicis Aug. et [*Otaci*]²liae Se[*verae*] Aug. [*con*]iugi d. n., milites leg. II | Parth. [*Philippianae*] P. f. f. | aet.², q. m. c.³ Oclatin[*i*]o Ad[*vento*] cos.⁴, quorum nomi[*na*] cum tribus⁵ et patrij[s] inserta sunt, devo[*ti*] numini maiestatiq[ue] eorum, d. X k. Aug. Pere[*grino*] et Aemiliano⁶, in his | O et evok. Augg. nn.⁷, cura age[*n*]te Pompon. Iuliano R.⁸ leg. eius.

Romae olim, sed advecta sine dubio ex agro Albano, ubi fuerunt castra legionis secundae Parthicae (VI 795. XIV 2258 ter descripta saeculis superioribus). — 1) *Nomina Philippi et coniugis, quae desiderari apparet, sine dubio erasa fuerunt.* — 2) *Piae Fidelis Felicis aeternae; his cognominibus usam esse legionem secundam Parthicam aliis quoque inscriptionibus comprobatur.* — 3) *Qui militare coeperunt.* — 4) *A. 218 (cf. supra N. 466 not. 6).* — 5) *Scr. tribubus.* — 6) *23 Iul. 244.* — 7) *In his centuriones et evokatus Augustorum nostrorum (Mommsen, collato laterculo Lambesitano Eph. ep. 5, 1276).* — 8) *Nota obscura; vix fuit tr.*

506 maximo et invicto ac super om[*nes fortissimo*] | imp. Caes. M. Iulio Philippo Pio F[*elici Aug. pont. max.*] Pers. max., trib. pot., [*cos. desig.*]¹, p. p., procos., et | M. Iulio Philippo nobilissimo [*Caes. princ. iuv. et | Otaciliae Severae Aug. ma*]tri [*Caes. et castror.*].

Romae rep. in castris praetoriis (VI 4097 descripsit Henzen). *Ad idem monumentum spectare visus est parastata (ab Henzeno non visus) cum inscriptione vot. XXannal. felic. — 1) Henzenus ann. inst. arch. 1864 p. 11 seq. titulum attribuit initio imperii Philippi propter nomen Persici maximi, in aliis titulis Philippi non repertum, scilicet mox ab eo recusatum; similiter Parthici maximi cognomen reperiri tantum initio imperii Philippi (cf. N. 507).*